Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



·c·viij·

dam vos in galilea am. Sequentia. Laudes xpo redempti voce modulemur supplici. Omnis in hac die resurgentia iubilet. Personet in mensas filio dei gratias. Nam nostri concaues celestis sanctuarij milites. Ordines nouem in nostra vos adunare gaudia. Vt in unte nunc superi pariter resonare inferi. Et omnis in domini spiritus gaudeat ecclesia. Qui hominis causa deus homo nascitur. Et fragili carne se deitas occulens probria sustinuit patiens. Virtutibus signis ut deus emicuit. Et corporis nostri necessitate finiens veris resurgens claruit. A b hoste temptat nō est agnitus neq; diuinitas patuit. A is autem deluisit donec veteris nodum piaculi secuit. In ara crucis hostiam se pro nobis xps optulit deo patri morte sua nostra mortificans crimina. Iam uictor xps barathro populato mortis principe vinculato ab inferis pompa regreditur nobili. Hec est dies que illuxit post turbida regni ethiopum tempora. Xps inq resurrexit victimis ultra cū carne quā assumpsit de maria virgine. Qui ouem cū gaudio parti quā perdiderat humeris reuexit suis. Joh'm. In illo tp. Maria stabat ad monumentū foris plorans. Cum ergo fleret inclinauit se. et prspexit in monumentū. et uidit duos angelos in albis sedentes. unū ad caput et unū ad pedes. ubi positū fuerat corp' ihu. Dicūt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. quia tulerūt dōm meū. et nesciō ubi posuerunt eum. Hec cū dixisset. conuersa retrorsū. et uidit ihm stantē. et ñ sciebat quia ihs esset. Dicit ei ihs. Mulier quid ploras? Quē qris? Illa aūt existimās quia ortulan' esset. dicit ei. Dne. si tu sustulisti eū. dicito mihi ubi posuisti eum. et ego eū tollam. Dicit ei ihs. Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabboni. qd dicitur magister. Dicit ei ihs. Noli